

FRANC. HOTMANI JC.
ANTITRIBONIANUS.

Præfatio,

In qua autor pro legum studio testa-
to proloquitur.

CAP. I.

Nemo ignorat, qvanti momenti sit e-
ducatio & institutio juventutis.
Nam præterquam quod antiquo-
rum scriptorum libri pleni sunt ejusmodi
præceptorum, experientia id qvotidie
nobis declarat. Hoc est, qvod Lycur-
gus, magnus ille reip. Spartanæ conditor,
eximiam administrandæ reip. regulam
censebat, juventutem recte educandam
& erudiendam curare: nec pulchriorem
majoremque rem posse Principem insti-
tuere, & in Patriam inferre, quam hanc
ipsam disciplinam & educationem. Eadem
Aristoteles habet octavo de rep. libro, u-
bi Lacedæmoniorum instituta summope-
re laudat, quibus tam sedula sit juventu-
tis erudiendæ cura. Hinc est quod ego,
cum de disciplina, cui bona pars juventu-
tis Gallicæ innutritur, non nihil dubitem,

G 5

ei